28 An

Nobilissime . D.^e Zulichem.

Hac ipsâ vesperâ, D. Professor A. Heereboordius per Epistolam, Henricum nostrum, (qui ante octiduum Amstelodamum est profectus) certiorem facere voluit, de vocatione Rectoratus Scholæ Bredanæ; quam quidem conditionem satis lautam deprædicat ex ore D. Profess. Bornij: In quo negotio, quid & quantum tua possit præstare Nobilitas, me non latet; Quare ego ipsius nomine, Nobilit. tuæ imploro opem & operam, obnixè rogitans ut Brunoni tuo, qui affectus tui in se paterni multa narrat, & grato ore commemorat specimina, nunc benè faveas: Si quid per Juvenilem temeritatem forte commiserit, & vel rerum suarum vel suarum minus sat-egerit, supplex precor, ignoscatur ipsi. Apud nos certè modestam, piam, sobriam & studiosam vivit vitam; verbo dicam; Pro filio suo, apud Nobilit. Tuam intercedit, Pater, Pastor fermè quinquaginta & septem annorum, senex Hydropicus, & morti quasi venditus. Ignosce, Ignosce, propter Christum, qui assiduè apud Patrem pro nobis inter-cedit, & remissionem peccatorum, Justitiam & vitam æternam impetrat.

Si Nobilitas tua, aliquo responsiolo me dignabitur, nae, ponam hoc ipsum in summo foelicitatis meæ culmine, & anhelanti seni, bene qui adoptentur spiritus:

Vale. Nobiliss.^e D.^e & ruditatem nostram boni consule. —
Dabam Almeriæ. 18. Jan. 1628.

Tuæ Nobilit. humill. cliens
Martinus. Bruno Rector Almeriensis:

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28An
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4738

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28An
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4738

De Edel. Ed. Heere. Heere
mijn Heere.
Constantin. Huygens
Ridder. Heere van Zuli-
chem. &c.a
woonende int Spooten

An.
's Gravenhaghe.

port.

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28An
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4738